

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Maria r  
cum uariis

Ceteris uirginibus per partes prestatur gracia, Marie uero se totam infudit graciae plenitudo, que fuit in Christo quamquam aliter et aliter, quia in Christo fuit plenitudo graciae tanquam in homine personaliter diffinito. In Maria uero ut in templo singulariter consecrato uel aliter in Christo fuit plenitudo graciae sicut in capite influente, in Maria uero sicut in collo transfundente.

Ieronymus.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

infudit] infundit L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; personaliter] personalites V<sup>2</sup>; diffinito] diffinitio V<sup>1</sup>